

Alte Drucke

**CONCIONES || IN EVANGELIA || ET EPISTOLAS, QVAE || per
totam Quadragesima[m] populo in Ecclesia || proponi
solent, è Tabulis F. Iacobi Veldy ...**

Prielee, Gilles vanden

Parisiis, 1567

SABBATO HEBDOMADAE QVARTAE QVADRAGES., EPIST. ISAIAE 49.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150295

dit Christus quàm sit magnæ molis hominem praua peccati consuetudine pressum, in vitam reuocare, non ex parte Dei, sed ipsius peccatoris difficultate. Peruerſi difficile corriguntur, Ecclesiast. 1.

§ Quintò, Diuinitatis suæ potentiam, qua oratione ad Patrem, & vocis potentia, qua fœtidum & quadridu- num è spelunca in vitâ reuocat, sese verû Deû, vt ex fle- tu & lachrymis hominem, demonstrat. Dedit enim voci suæ vocem virtutis, Psal. 28. vt non possit nō esse efficac etiam in iis, qui deploratissimi hominum iudicio testi-

Vox Evan- gely efficax in cordibus predestinato- rum & si- delium. mantur. Est enim vox Euangelij efficac (qua auersos vo- cat Christus) in cordibus predestinatorum, & fidelium. Nam potentia est Dei in salutem omni credenti, Ro. 1. Hac voce audita prodit è monumento peccati per verâ cōtritionem ad iustitiam, è morte ad vitam: sed ligatus adhuc manus, & pedes inſtitis: quia funibus peccatorû adstringitur peccator, Prou. 5. Psal. 118. Ablata etiãnum bene operandi facultate: quia facies est sudario ligata, cecitate scilicet mentis oppressa, vt malum bonum, & bonum malum arbitretur, Isaia 5. Christus autem licet ipse sua gratia præueniat, & illuminet peccatorem, non tamen soluit per se, sed ministris Ecclesiæ, quibus ligandi, & soluendi potestatem dedit, Matth. 18. Iohan. 20. iubet à Lazaro, sed sua voce, excitato (Ipsius enim gra- tia præuenit peccatorem, vt peccatum agnoscat, & displiceat) tolli sudarium, vincula, autoritate clauium ministris concessarum, id est, virtute sacramentorum, per quæ Deus operatur in cordibus fidelium. Sed dum sa- cramenta, & ministros Ecclesiæ non spernunt, per quæ, tanquam certissima fidei nostræ symbola & instrumen- ta, salutem nostram operatur Deus, vt humilibus hu- iusmodi signis humanæ mentis arrogantiam frangat, & in obsequio fidei captiuos teneat. Siquidem nō nili hu- milem, & peccata sua consistentem respicit Deus, & ver- bo suo obtemperantem.

SABBATO HEBDOMADAE QVARTAE QVADRAGES. EPIST. ISAIAE 49.

Hæc dicit Dominus: In tempore placito exaudini te, & in die salutis auxiliatus sum tui.

¶ *Finis Epistolæ: Et si illa oblita fuerit, ego
tamen non obliuiscar tui.*



ATIGINATUR hæc Epistola de gratia
noui testamenti per Christum allata: agit
autem potissimum tria.

1. Primò, Christum proponit, qui tempore
passionis sese quasi desertum in cruce pendens conque-
rebatur, Marc. 15. Psalm. 22. à Patre æterno consolatio-
nem accipientem, dum ait, *In tempore placito exaudiui te,
& in die salutis auxiliatus sum tui.* Quibus verbis pulchrè
significatur mysteriū redemptionis humanæ, quod Chri-
sti morte & passione est comparatum, non meritis hu-
manorum operum, sed Dei beneplacito accidisse. Vocat
autem Propheta tempus placitum, illud, quo Christi *Tempus pla-*
cuerunt, qua sese ad mortem vsque crucis, Philip. 2. *citum.*
dimisit, placatum reddit æternum Patrem homini of-
fensum: & vocat diem salutis, tempus noui testamenti, *Dies salutis.*
quo per Christum salus parata est omnibus perfecta fi-
de, id est, per charitatem operante credentibus, qui re-
conciliati salui sunt ab ira per ipsum. Vide ad Ephes.
2. vbi docet Christum esse pacem nostram, medium
parietem mœriæ dissoluisse, pacem fecisse, vt recon-
ciliet Iudæos, ac gentes in vno corpore Deo, per cru-
cem, & interfecisse inimicitias in semetipso. Hæc sunt
sublimia illa mysteria abscondita à sapientibus & pru-
dentibus, & reuelata paruulis, quæ vt perficeret Chri-
stus, auxiliatus est illi Pater. Sola enim humana natura
iis peragendis non suffecisset, nisi diuinitas per vni-
onem hypostaticam coniuncta succurrisset, & quia opera *Opera Tri-*
trinitatis sunt indiuisa, vna siquidem Patris & filij diu- *nitatis indi-*
nitas: hinc auxiliatum se Pater filio dicit. Illud autem *uisa.*
hic obseruent studiosi, hæc non ineptè posse ad Christi
membra, id est, fideles in afflictione constitutos, referri.
2. Secundò, Ostendit tū Christi à Patre in mundū missi
officia præcipua esse, vt esset in fœdus populi, id est, vt lo-
quitur Iohānes, vera apud Patrē propitiatio pro peccatis
totius mūdi, suscitaret terram, & possideret hereditates
dissipatas: hoc est, eas gentes, quæ habitatorem Deum
ignorantia veritatis laborantes non habebāt, possideret,

regeret, ac gubernaret spiritu suo. Vide Hierè. 11. *Dilectus* *ret* *is* *qui* *vincti* *sunt*, *Exite*, id est, remissionem peccatorum iis annuntiaret, qui peccati vinculis detinebantur, Zachar. 9. Luca. 1. *Et qui in tenebris*, *Reuslami*, id est, iis, qui ignorantia rerum agendarum laborabant, lucem afferri Euangelij, qua verum Deum agnoscant, & quem misit Iesum Christum, Iohannis 17. Christus etenim

Christus pro
missiones om
nes per 1^{ro}.
phetas fa-
ctas adim-
pleuit.

promissiones omnes per Prophetas aut Mosen factas, quæ ad noui testamenti gratiam commedandam pertinent, adimpleuit, nobis fidelibus factus à Deo Patre, 1. Corinth. 1. iustitia, sanctificatio, & redemptio, ita ut per ipsum accessum habeamus ad Patrem, ad Ephes. 2. iam scilicet in sanguine eius, 1. Corinth. 6. abluti, sanctificati, & iustificati, videlicet à sordibus peccati originalis, & actualis, per spiritum inhabitantem, per quem, ut in sanctitate & iustitia coram ipso ambulemus, dirigimur, & à peccato, & serui facti iustitiæ, habemus fructum in sanctificationem, finem verò vitam æternam, Rom. 6. tum etiam felicitatem eorum, qui electi tanquam vasa misericordiæ, participes erunt tantorum beneficiorum. Hi etenim super vias pascuntur, Sanctorum scilicet scripturarum, dicentes cum Propheta, Dominus regit me, & nihil mihi deerit, Psalm. 22. In omnibus planis erunt pascuæ eorum. Electis enim secundum Apostolum omnia cooperantur in bonum, iis scilicet, qui secundum propositum vocati sunt Sancti, Rom. 8. Non esurient, neque sitient: maior est hæc promissio, quam ut præsentis vitæ conueniat, in qua etià Sanctissimi calamitatibus & miseriis corporis subiiciuntur. Proinde ad cælestē illā beatitudinem est referēda, de qua Dan. 12. Apoc. 14. Matt. 13. & non percutiet eos æstus & Sol. Nō enim cōtristabit iustos quicquid acciderit illis: qui si ceciderint nō collidētur, quia Dominus supponit manū, Psalm. 36. Quia maiora sunt hæc promissa, quam ut facile credantur, ostendit Propheta, per quem hæc tantabeneficia contingent electis, quia videlicet miseratores. rum reger eos, & ad fontes aquarum potabit eos. Ille nimirum miserator fortis & potens, de cuius manu nemo potest capere electos, Iohan. 10. Is enim suos regit per spiritum inhabitantem, pascit non solo pane, sed verbo

verbo

verbo suo, Deuter. 6. & potat suauissimis scripturarum fontibus scaturientibus aquam viuam, Iohan. 4. Isa. 13. Iohan. 7. Neque verò hæc soli contingent populo Iudaico, sed omnibus vbique terrarum gentibus dispersis. Peruasit enim Euangelij doctrina orbem vniuersum, vt meritò cælos, terrâ, & môtēs, hoc est, omne prorsus creaturam tanti huius beneficij causa, ad Dei laudes hortetur Propheta: quia cōsolatus est Dominus populū suum, Isa. 51. & pauperum suorum miseretur, Psalm. 9. 3. Tertiò, Commendat insignem Dei erga suos electos amorem, dum tanta beneuolentia querimoniarū ipsorum respondet, qua occasione malorum præsentium desertos sese esse à Deo, & Dominum oblitum esse ipsorum, conqueruntur, idque sumpta comparatione à matre, quæ maiori quàm seipsam amore pignora sua prosequitur, dicens sese nunquam vocatos secundum propositum gratiæ Dei, electos ante mundi constitutionem, Ephes. 1. & prædestinatos ad vitam deserturum. Siquidem hos tanquam vasa misericordiæ, quæ à massa perditionis sola sua misericordia seceuit, sibi spontauit in fide, Osæ 2. Et in manibus suis descripsit, Isa. 49. aded vt licet quandoque æsopis laborans mater, suorum liberorum obliuiscatur: ipse tamen suorum obliuisci nequit. Sic ita vt periclitari subinde videantur: quia cum carne, demone, & mundo, hostibus grauissimis & potentissimis illis est perpetuò luctandum: tamen quum in protectione Dei cæli commorentur, Psalm. 90. in omnibus superant, vt cum Propheta dicat, Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me, Iob 17. & cum Apostolo, Quis nos separabit à charitate, quæ est in Christo Iesu? Rom. 8.

Euangelij doctrina orbem vniuersum peruasit.

Dei amor insignis erga suos electos.

SABBATO HEBDOMADAE QUARTAE

TAE, EVANGELIUM,

Iohannis 8.

Iterum ergo locutus est eis Iesus dicens, Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, &c. Finis Euangelij: Et nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora eius.

1. Iohan. 8.

Q



CHRISTVS Iudæis, quanquam desperatis, proponit consequendæ salutis remedium, si modò amplectatur. Sed quum in reprobum sensum sese tradidissent, docet sua ipsorum culpa ipsos perituros, quòd propria malitia excacati illum nollent recipere, quem præter æternus in mundum misisset. Agit itaque Christus in hoc Evangelio tria.

1. Primò, Suauissimam Evangelij doctrinam insinuat, eam scilicet à Patre æterno in mundum sit missus: vt, scilicet, qui erat apud Patrem, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero, Iohan. 1. Vnigenitus in sinu Patris, mundo variis opinionum, errorum, & superstitionum tenebris occacato lux fieret, atque vt illuminaret omnem hominem venientem in hunc mundum. Sed quid? Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras ignorantie, & cupiditatis, quàm lucem fidei, & veritatis: eò quòd mala essent ipsorum opera. Iohan.

3. Omnis enim qui malè agit, odit, nec venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Noluit enim intelligere vt bene ageret, Psal. 51. Sed Christus fastum, diuitias, gloriam, hypocrisin, & superstitionem, quibus tum Iudæi suam volentes statuere iustitiam, Rom. 10. & gentiles commutantes gloriam Dei in idolum, salutem sibi pollicebantur. Accedens vera lux mundi docet, nec per legem, nec per naturam salutem hanc acquiri posse: sed fide, spè & charitate. Quibus fit vt Christum sequamur, in tenebris non ambulemus, & lumen vitæ habeamus. Hæc enim dulcissima est piis omnibus Evangelij doctrina: Noua lux orta timentibus nomen Domini, Malach. 4. quam mundus non potest accipere: Quia enim per sapientiam non cognouit Deum, 1. Corinth. 1. placuit illi per stultitiam prædicationis saluos facere credentes, id est, veram hanc lucem per fidem amplectentes. Quotquot enim receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, Iohan. 1. Sed iis qui credunt in nomine eius: quòd scilicet lux sit mundi, & tenebræ in eo non sint vllæ, quæ longè ferènius & splendidius animos illustrat quàm lucidus hic Sol, dum supra nostrum Horizontem emergit. Siquidem in nobis intellectum, voluntatem, & rationem perfundit radiis sapientiæ, iu-

stitiæ, & perfectionis, vt ipsū, qui fact⁹ est nobis à Deo Patre, 1. Cor. 1. sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio, sequamur, ambulantes in sanctitate, & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris, Luc. 1. Is enim verè sequitur Christum, qui discit ab eo, quòd, Mat. 11. mitis sit, & humilis corde, id est, qui eius mansuetudinem, iustitiam, humilitatem, & obedientiam, ceterasque virtutes imitatur. Is enim summā illam fœlicitatem, quam oculus non vidit, nec auris audiuit, Isa. 6. consequemur per lumen fidei accepturi lumen gloriæ. Psal. 35. In lumine tuo videbimus lumen.

2. Secundò, Horrendam Iudæorum cecitatem, qui magna malicia & pertinacia scripturis, de Christo testantibus, ministris, quos ad capiendum Christum miserant, Iohan. 7. Nicodemo, innocentiam Christi defendenti, Ioh. 7. & Christo ipsi, sese Patri æqualē consentienti, Ioh. 8. 10. restiterunt, cōvincit, insignem eorum blasphemiam arguens, qua non verebantur ipsum veritatis authorem mendacii arguere. Duo autē crimina impingunt Christo, scilicet, & quòd de seipso testimonium perhiberet, & falsum diceret testimoniū. Quia enim semel impegerant in lapidem offensionis, & petram scandali: & mentis cecitate affecti pepigerāt fœdus cum morte, & cum inferno fecerant pactum, non verentur manifestam veritatem etiam contra consciētiam opprimere. Christus autem pro ea qua erat singulari clementia, nolens aliquem perire, sed omnes ad veritatis cognitionem venire, 1. ad Timoth. 2. manifestam calumniam aperta veritate confutat, ac suum de se testimonium docet. Patris sui æterni, Diuinorum miraculorum, & Propheticarum scripturarum testimoniis confirmari, quibus etiam destitueretur, suum tamen testimonium esse verum: quia Deus est. Hoc enim tacitè significat, dum ait, *Quia scio unde veni, & quò vado*, id est, Scio me esse filium Dei, exiuisse à Patre, & venisse in mundum, relicturum mundum, & iturum ad Patrem, Iohan. 16.

3. Tertiò, Ostendit discrimen inter priuatum iudiciū, quo mūdus, & quo Christus ipse iudicat, ostēdens illud, quia secundum faciem tantū est, erroneum, fallax, & impiū esse: decipitur enim plerunque mundus externus,

*Iudeorum
cecitas.*

DOMINICA QVINTA

specie, quia non proficiscitur è spiritu Dei, sed vel ex amore, vel ex odio, vel ex inuidia. Quibus affectibus quandiu est impedita mens, sit vt verù cernere nequeat. Omnis enim corruptus iudex, malè examinat verum. Potest hic locus intelligi vel de priuato, quo quisque proximū facillè iudicat, iudicio: quod prohibet Paulus, 1. Corinth. 4. Nolite ante tempus iudicare, vel de iudicio publico, quo illi, qui Dei ministri sunt, pronuntiant, quod rectum & iustum esse vult. Rectè iudicate filij hominum, P salm. 57. Rom. 13. 2. Paral. 19. Cuius ministros vult esse potentes, Deum timentes, alienos ab auaritia, & odientes munera, Exod. 18. Quia nō hominis, sed Dei exercent iudicium. Istud autem, quia secundum veritatem est, Rom. 2. verum, iustum, & rectum esse: siquidem iustus Dominus, & iustitias dilexit, P sal. 10. scrutans corda, & probans renes, Hier. 17. Quòd autem ait, *Ego non iudico quenquam*: non vniuersaliter, sed secundum subiectam materiam est accipiendum. Neque enim Christus se priuat potestate iudiciaria. Siquidem Pater illi omne iudicium dedit, Iohannis 5. Sed non iudicat quenquam Christus, vel secundum faciem, & externam laruam, vt temerarij solent leuissimis de causis proximum iudicare, vel hoc primo suo aduentu iudicio condemnationis. Non enim misit Pater filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus, Iohan 3. 1. *dedi tibi ego iudico*, inquit, *iudiciū meū verum est: quia solus non sum, sed ego & qui misit me, Pater*: Quibus verbis Arrianos, & Eunomianos consubstantialē Patri filium, & Anabaptistas, & Svencfeldianos Trinitatem personarum in diuinis negantes, pulchrè confutat.

DOMINICA QVINTA IN PAS-
SIONE, EPISTOLA, AD
Hebræos 9.

Christus autem assistens Pontifex futurorum bonorum, &c. Finis Epistolæ: re-promissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hereditatis.